



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput XXX. Sacrarum Reliquiarum honor primo Decalogi præcepto non
prohibetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

si non ore, saltem corde, per merita ipsius
exspectando bona quæ petimus, conformiter
Tridentino sess. 25. in decreto de invocatio-
ne Sanctorum, ubi docet, *bonum & utile esse*
Sanctos suppliciter invocare, & ad beneficia im-
petranda a Deo per Emissionem Jesum Christum
Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor
& Salvator est, ad eorum orationes, open, au-
xiliumque configere. Enimvero nihil voluit nos
Deus habere, in ordine gratiae, nisi per Chri-
stum, nec ipsi Sancti accessum habent ad
Deum, nisi per ipsum. *Elegit nos in ipso*, ait
Apostolus Ephel. 1. & ipse met Christus Joan.
14. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

238 Quintus error est illorum, qui tam rudes
sunt, ut nisi vocaliter Sanctos invocent, sibi
non videantur sufficienter invocare, quasi au-
ribus corporeis Sancti cognoscere debant in-
vocationem nostram, alias non cognituri; cum
tamen in superioribus ostensum sit necesse non
esse, ut Sancti per se immediatè preces no-
stras cognoscant; sed satis esse quod eas cog-
noscant manifestante Deo, qui videt abscondita
cordis nostri: unde & scriptum est, *Do-*
mine ante te omne desiderium meum, & gemitu-
mus mens à te non est absconditus.

C A P U T XXX.

Sacrarum Reliquiarum honor primo Decalogi
præcepto non prohibetur.

239 **S**equitur ex dictis cap. 27. Si enim Sancti
sunt honorandi, consequenter honoranda
sunt corpora ipsorum, quæ viva membra fue-
runt Christi, ut Tridentinum sess. 25. definit
dicens: *Sanctorum Martyrum, & aliorum cum*
Christo viventium sancta corpora, quæ viva mem-
bra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti, ab ipso ad aeternam vitam feceranda & glo-
rificanda, à fidelibus veneranda esse; per qua
multa beneficia à Deo hominibus praestantur:
ita ut contrarium affirmantes, damnet, ut-
pote Novatores, toti Antiquitat contradicen-
tes. Quod enim facimus, præcipui Patres fe-
cerunt, faciendumque docuerunt, teste ipso
met Daillao, celebri apud Calvinistas Mini-
stro, in libro scripto contra Traditionem La-
tinorum, ubi candidè fatur, sanctos Basilium,
Ambrosium, Hieronymum, Chrysostomum,
Gregorium Nazianzenum id fecisse ac docui-
se, ita ut ipsos propteræ Reliquarios vocet.
Sed ipsum, ceterosque hereticos confundit
Deus, per miracula quæ ad sepulchra Mar-
tyrum, aliorumque Sanctorum quotidie per-
petrat, etiam mortuos ad vitam revocando,
prout olim ad vitam revocavit cadaver illa-
tum in sepulchrum Eliae; tactis quippe ossi-
bus ipsius statim revixit. 4. Reg. 13. Unde Eccl. 48. *Mortuum prophetavit corpus ejus. In*
vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia
operatus est. Quæ profectò miracula probant
honorem Sanctorum Reliquiis debitum, cum
eas Deus miraculis honoret. Miracula vero ad

Tom. II.

Sanctorum Reliquias patrata se vidisse testan-
tur Ambrosius in exhortatione ad virginit. c.
1. & 2. & epist. 22. Necnon Augustinus l. 9.
Confess. c. 7. l. 22. de Civit. Dei c. 8. & serm.
92. de diversi, ubi de Reliquiis S. Stephani: *Exi-*
guus (inquit) pulvis tantum populum congrega-
vit; cinctus latet, beneficia patient. Cogitate cha-
rissimi, que nobis Deus servet in regio[n]e vita
orum, qui iusta præstat de pulvere mortuorum;
Nec honor iste divino præjudicat honori: 240
quia, ut D. Hieronymus ait l. contra Vigila-
tum, qui sacratum Reliquiatum honorem
primus impugnavit: *Honoramus Reliquias Marti-*
rum, ut eum, cuius sunt Martyres, adores.
Honoramus servos, ut honor servorum redun-
det ad Dominum, qui ait: "Qui vos suscipit, me suscipit. Et, quod uni ex minimis meis feci, et
stis, mihi fecistis."

C A P U T XXXI.

Vix ac veneratio sacrarum imaginum eidem
præcepto non contrariatur.

SAcras imagines Christi, Deiparae Virginis, 241
& Sanctorum in caelo regnantium, vene-
randas esse, nec id primo præcepto vetitum
esse, ex verbo Dei non scripto, seu Tradicio-
ne habemus, per Canalem SS. Patrum, &
Conciliorum, Concilii scilicet Nicæni II. &
Tridentini sess. 25. Enimvero ille ipse, qui
Exodi 10. dixit: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similiuidinem, que est in celo de-*
siper, & que in terra deorsum, nec eorum quæ
sunt in aquis sub terra, non adorabis ea neque
coles, tamquam utique dii sint, uti Gentiles
putabant: illæ ipse (inquit) Exodi c. 25.
dixit: *Duos quoque Cherubim aureos, & pro-*
ductiles facies. Et n. 21. Fac serpentinæ anemæ,
& pone eum pro signo. Et Salomon 3. Reg. 6.
Fecit in oraculo duos Cherubim, de lignis oli-
varum... & omnes parietes templi per circui-
tum sculpti variis calaturis, & torno, & fe-
cit in eis Cherubim & palmas, & picturas
variæ, quasi prominentes de pariete & egre-
dentes. Sed quia sculptilia ista & similitudi-
nes non fecit ut adorarentur, tamquam dii,
contra primum præceptum non fecit.

Unde Gregorius Magnus l. 7. epist. 54. ad 242
Secundinum inclusum, qui ab ipso Christi
imaginem postulaverat: *Valde (inquit) nobis*
postulatio tua placuit: quia illum toto corde,
totâ intentione queris, cuius imaginem præ ocu-
lis haberi desideras, ut te visu corporalis quo-
tidiana reddat exercitatum, ut dum picturam
illius vides, ad illum animo inardescas, cuius
imaginem videre desideras.... Scio quidem quod
imaginem Salvatoris nostri non ideo petis, ut
quaesumus Deum colas, sed ob recordationem Filii
Dei, in ejus amore recalescas, cuius imaginem
videre desideras. Et nos quidem non quæsi ante
divinitatem, ante illam profernimus, sed il-
lum adoramus, quem per imaginem, aut na-
tum, aut passum, sed & in Throno sedentem re-

f